

Sic cardinalis strangulatus, comites et Cardines capitali supplicio affecti, maxime memorabile spectaculum, insolensque instabilis fortunae sursum deorsum omnia agitantis ludibrium populo Romano prae buerunt, iis vero qui secundiori aura altius proVecti extra omnem sortem sese collocatos existimant documentum memorabile, ne summa potestate in summam licentiam conversa, illicita quaeque committere, perpetrareque sese posse impune confidant.

viles sanctiones, lege in eos ageret. Sic sentiis in Cardinalem a Pontifice, in Ducem vero a Governatore Urbis subscriptis, Carolus in Hadriani mole carnificis manu nocte quae Nonas Martias praecessit, strangulatus, comites et Cardines in Turris Novae (sic!) carcere capitali supplicio affecti, maxime memorabile spectaculum, insolensque instabilis fortunae ludibrium, in publico ad pontem Aelium expositi, et paulo post ad damnatorum sepulchra relati, populo Romano attonito, et quorsum isthaec tenderent admittenti, prae buerunt; iis vero qui secundiori aura altius proVecti, extra omnem sortem sese collocatos existimant, documentum memorabile, quum omnes passim confluerent ad eos spectandos, qui miserabiliter ab eo pontifice quem ipsi potissimum ad tantae potestatis culmen evexerant, extincti, nutu renutuque suo cuncta moderabantur. Ducis praesertim casum animo reputantes, quem paulo ante insigni militum et equitum manu stipatum, ac per Urbem more paene regio incendem conspexerant,

tunc vero eius corpus capite truncum miserabili aspectu publice collocatum viderent. Illud memoratu dignum, utrosque fratres non solum religiose et pie, quemadmodum optimos christianos decet cum poenitentiae sacramento excessisse, sed fortissimo animo tantam calamitatem, perinde ac a Deo iussam excepisse. Ducis admirabilis constantia fuit, qui paulo ante obitum et socios metu caedis consternatos egregia oratione ad mortis contemptum adhortatus est, et litteras pulcherrimas filio iuveni scripsit optimis monitis refertas, quibus ei christiano more bene precabatur. Cardinalis cadaver in propinqua divae Mariae Transpontinae aede publico sepulchro datum, mox ab eius familiaribus ad Minervae translatum, et in familiae eius sacello conditum est. Inter multas

Inter multas praecipua damnati cardinalis causa fuit, quod senem pontificem Paulum quamquam in bellum pronum, tamen non solum bellicarum rerum sed omnis civilis gubernatoris imperitum falsis nuntiis et consiliis decepisset, multosque et maximae dignationis viros eius belli occasione

praecipuae damnati cardinalis causae in quaestionum codicillis relatae sunt, quod senem pontificem Paulum, quamquam in bellum pronum, tamen bellicarum rerum imperitum, falsis nuntiis et consiliis decepisset, multos et maximae dignationis viros eius belli



vexare, persequi et etiam occidi iussisset, varias litteras et notas arbitrarias ementitus, et ut paucis omnia complectar, quod eius unius praecipue opera totum bellum quod Paulus gessit susceptum, diutiusque maximo non privatorum solum, sed totius fere christiani orbis damno et apostolicae sedis dedecore productum fuisset.

Comitis vero et aliorum praeter supradictas causas (cum cardinali enim conspirasse videbantur) innocentis uxoris gravidae et suspecti adulterii ob suspicionem solam indigna caedes. Audivi ego a pontifice se aegerrimo animo id omnino fecisse et nihil sibi tota vita lugubrius quam huiusmodi iudicium accidisse libentissimeque ad mitiorem poenam facile se fuisse inclinaturum, si id vel salvis aequioribus legibus facere, vel aliquam de illorum mutatione moribus fiduciam habere potuisset. Necessarium enim his qui postea Romanorum pontificum propinqui futuri erant, esse affirmabat, quae ratione se in summa potestate locati gesturi sint, exemplum praebere: et anteactam illorum vitam sanguina-

occasione vexare iussisset: quodque varias litteras et notas arbitrarias ementitus eius unius praecipue opera quinquennialibus inter reges Hispaniae et Galliae ictis induciis fractis, totum id bellum quod Paulus gessit susceptum diutiusque non sine magno Sedis Apostolicae detrimento productum fuisset.

Comiti propter crimen laesae maiestatis, et sociis, uxoris gravidae et adulteri indicta causa caedes obiectae.

Fuerunt plerique eo tempore iureconsulti, qui constantissime asseverarunt, iudicium id iniquum fuisse, quum Cardinalis sine testibus ex suis tantum litteris eorum redargutus damnatusque fuisset, quae Pauli IV iussu ab se facta esse contendebat, iis quae sibi obiecta fuerant more Romano quaestioni et tormento subiecto non expressis, dilationibus quas petere non concessis, patris vero eius raro auditis. Pontifex vero videri voluit eos non eo consilio vinxisse ut mortem traderet, at in quaestionibus habendis exacerbatus magnitudinem delicti rei intellexisse, quum ei persuasum

riam et malo assuetam spem omnem in meliorem vitam praecidisse et omne mitigandae poenae temperamentum abstulisse, denique nullum apud Pium pontificem mansuetudini aut clementiae locum reliquisse, quod ex eo certius licuit coniicere quum longe mitius actum sit cum Alfonso, qui mansuetae continentis naturae haud dubium specimen dabat; ipse namque pecunia tantum et Camerae Apostolicae praefectura multatus, cum reliquis omnibus libere dimissus est.

esset, Cardinale manum excelsi et intrepidi si dimitteretur in suorum quempiam aliquando impetum facturum. Quotimore eum semel gravissime laesum tolli iustitius, in reliquos clementius, quos minus peccasse profitebatur haud dubie acturus, nisi fortuna iis adversa pontificis inflammatum animum impulisset, ut eos potius perdendos, quam Cardinalem conservandum existimasset.

Aliquanto mitius cum Alfonso cardinali, qui mansuetae continentisque naturae haud dubium specimen dabat, actum: ipse namque, qui die obitus Pontificis quaedam e cubiculo eius subripuisse accusatus fuerat, centum millibus aureorum Vitellii cardinalis studio comparatis, persolutis, Camerae Apostolicae praefectura multatus, cum reliquis omnibus libere, ea conditione tamen dimissus est, ne Urbe egrederetur.